

Werk

Titel: Herbarium Amboinense, plurimas conplectens arbores, frutices, herbas, plantas ter

Jahr: 1750

Kollektion: Zoologica

Digitalisiert: Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen

Werk Id: PPN369547365

PURL: <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN369547365>

OPAC: <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=369547365>

LOG Id: LOG_0215

LOG Titel: Caput Quintum. Cupressus marina. - Vyfde Hoofdstuk. De Zee-cypres

LOG Typ: chapter

Übergeordnetes Werk

Werk Id: PPN369544501

PURL: <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN369544501>

OPAC: <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=369544501>

Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen
Georg-August-Universität Göttingen
Platz der Göttinger Sieben 1
37073 Göttingen
Germany
Email: gdz@sub.uni-goettingen.de

CAPUT QUINTUM.

VYFDE HOOFDSTUK.

*Cupressus marina.**De Zee-cypres.*

Quarta species Accarbarii nigri est elegans & compacta arbuscula, non ultra unum vel sesquipedem alta, simplici adfurgens caudice, qui unum alterumve culmum crassus est, ac binos tresve pollices supra radicem undique sese dividit in multos brebres & densos transversales ramos, quorum quidam superius plani sunt, & in plures alios minores divisi, qui spinulosa referunt foliola.

Hujus duplicem observavi formam, prima plerumque nigra est, externe vix notabili crusta obducta, sed mucosa est, quum primum e mari delata sit. Ejus foliola referunt illa Abietis vel Geniitæ aculeatæ, ac tota coma Cupressum æmulatur feminam, quæ magis extensa & rotundior est mare, ubique firma & spinulosa.

Altera species multo fungosior est, & levioris substantiæ, cinerea, & rotundum gerit caudicem, ejus foliola tenuiora sunt, breviora, ac molliora, coloris rufi, ita ut tota coma vulpinam referat caudam.

Utræque crescunt in duriusculis & pusillis faxis, quæ cum ipsi simul extrahuntur, ipsarumque radices plus minusve sese ipsi implantant, nigerrima ex duris, ac ruffa ex vulgaribus excrecente lapillis.

Nomen. Latine *Cupressus marina*; nullum vero gerit Malaiense & Amboinense nomen.

Locus. Hæ arbusculæ rarissime inveniuntur, ac fere nullibi nisi in Uliasserenfibus & Bandensibus insulis, in profundo crescunt mari, & aliquando per hamum adtrahuntur.

Ufus. In re Medica nullum habent usum notum, sed ob elegantem formam omnino dignæ sunt, quod servantur tanquam res rarissimæ, ad quem scopum eligendæ sunt integræ & rectæ nigræ speciei, ruffæ enim incurvæ sunt instar caudæ vulpinæ, nec elegantes.

Hæ *Cupressus marina*, ac binæ subsequentes arbusculæ, meo judicio, habendæ sunt tanquam species illarum binarum arbuscularum marinarum, quæ Theophr. Lib. 4. Cap. 7. dicuntur *Quercus* & *Abies marina*, præsertim ultima, sed Theophrasti arbusculæ nimis herbaceæ videntur, ipsi enim Abieti marinæ altitudinem adscribit ulnæ, simplicem rectumque caudicem, & regulares ramos, folia instar illorum Abietis, sed crassiora, & intus concava. Quercui tribuit latiore caudicem, nodosos ramos, tenuiora foliola, & instar Tamarisci distincta.

Utrisque colorem adscribit tanquam purpureum, dicitque crescere in duris faxis, & fragmentis testarum, extra Herculis columnam in mari Hispanico. Huc usque Theophrastus. Ex quibus patet in Hispanico seu Occidentali & Mediterraneo mari multas arbusculas esse herbaceas, quæ in hoc Indico mari sunt saxosæ vel lignosæ, licet forma non multum inter sese differant.

Similes tenuissimæ ramosæ arbusculæ in Ostreæ testa excretæ occurrunt apud Carol. Clusium Lib. I. rarior. pl. Cap. 23. *Abies marina* dictæ, quæ ibi describuntur & depinguntur, & inventæ sunt in ora marina Flandriæ, quæ pallidæ, nec ultra palmam altæ erant.

De vierde soorte van zwart Accarbaar is een fraai cierlyk boompje, niet boven een of anderhalve voeten hoog, met een enkelde stam opschietende, een en twee schaften dik, die zig twee of drie duimen boven de wortel rondom in veele korte, en digte dwerstakken verdeelt, zommige boven plat, zommige in een ronde spitze toeloopende. De takjes zyn weder in veele mindere verdeelt, die steekelige blaadjes gelyken.

Ik heb 'er tweederlei gedaante van aangemerkt. Het eerste doorgaans zwart, van buiten zonder merkelyke kors-te, dog slymerig, als bet uit zee komt. Zyne blaadjes gelyken die van Dennenboom of Gaspeldoorn, en de ge-beele kruin na die van Cypresboom bet wyfken, dewelke meer uitgebreid, en ronder is dan bet manneken, over al styf, en wat steekelig.

De andere soorte is veel vorzer en ligter van substantie, grauw, en rond van stam, de blaadjes zyn fynder, korter, en weeker, ros van couleur, zoo dat de gebeele kruin een Vossesteert gelykt.

Beide groejen op bardagtige en kleine steenen, die men daar mede uitbaalt, en binne wortelen schieten min of meer in die steenen, de zwaarste uit de harde, en de rosse uit gemeene steenen groeijende.

Naam. In 't Latyn *Cupressus marina*; in 't Maleits en Amboins heeft bet geen eigen naam.

Plaats. Men vindt deze boompjes zeer zelden, en schier nergens dan in de Oeliasfarsche en Bandajë Eilanden, zy vallen wat diep in zee, en werden alleen met een Visboek uitgetrokken.

Gebruik. In de Medicyne hebben ze nog geen bekend gebruik, maar wegens baar fraie gedaante zyn ze allesints weert voor de beste rariteit bewaart te werden, waar toe men nog al uitkiezen moet, die geheel en regt zyn, van bet zwarte slag, dan die van 't rosse zyn krom als een Vossesteert, en niet mooi.

Deze Zee-cypresen en de twee volgende boompjes konnen mynens oordeels voor medezooten gehouden werden, van die beide Zeeboompjes, dewelke Theophrastus Lib. 4. Cap. 7. noemt, *Quercus* en *Abies marina*, inzonderheid van 't laatstgenoemde, hoewel Theophrasti boompjes te kruidagtig schynen te zyn, want zyne *Abies marina* geeft by de boogte van een elle, en enkelde regten stam, en wel-gefcikte takken, bladeren als die van Dennenboom, dog dikker, en binnen hol. *Quercus* geeft by een breederen stam, knoestige takken, dundere blaadjes, en gefnibbelt als *Tamariscus*.

Aan beide de couleur als purper, en dat ze groejen op harde steenen en potscherffen, buiten de colomme van Hercules in de Spaansche Zee. Dus verre Theophrastus. Waar uit blykt, dat in de Spaansche of Westersche, en Middellandsche Zee veele boompjes kruidagtig zyn, die in deze Indische Zee steenig of boutagtig vallen, hoewel ze in gedaante niet veel verscbillen.

Diergelyke fyn getakte boompjes op een Oesterschulpe staande, heeft Carol. Clus. Lib. I. rarior. plant. Cap. 23. voor een *Abies marina* beschreeven en afgeteekent, zynde gevonden op de Zeekust van Vlaanderen, die mede bleek, en niet boven een hand hoog waren.

